

**Oratio coram Societate Physica : die quo primum ad aedes novas  
dedicandas convenit / quam habuit Thomas Addis Emmet.**

**Contributors**

Emmet, Thomas Addis, 1764-1827.  
University of Glasgow. Library

**Publication/Creation**

Edinburgh, 1784.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/yp9zr8gx>

**Provider**

University of Glasgow

**License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

O R A T I O

C O R A M

SOCIETATE PHYSICA,

DIE QUO PRIMUM

AD ÆDES NOVAS DEDICANDAS CONVENIT,

QUAM HABUIT

THOMAS ADDIS EMMET, M.D.

E J U S,

NEC NON

Societatum Reg. Med. Nat. Hist. et Speculativæ,

PRÆSES ANNUUS.



EDINBURGI:

Excudebant MACFARQUHAR et ELLIOT.

Prostant venales ibidem apud C. ELLIOT;

LONDINI apud G. ROBINSON,

et DUBLINI apud G. GILBERT.

---

M, DCC, LXXXIV.

Digitized by the Internet Archive  
in 2016

# L E C T O R I

S.

ORATIONEM sequentem, Physicæ Societatis jussu habitam, rogatus Auctor, et fere invitus, publici nunc juris facit. Quanquam antea decreverat, se *tridui opus* in lucem nunquam exire permiffurum, merito tamen ingratus damnaretur, qui Societati cariffimæ tale quidvis denegaret.

LITERAS annexas ex decreto ejus confcriptas, et plurima quæ ei debet, tibi, lector benevole, fufficere sperat, quare illum arrogantix aut vanæ cupidinis gloriæ abfolveres.



VIRO JURE DILECTISSIMO, CELEBERRIMO,  
PRÆSIDI SUO ORNATISSIMO,  
THOMÆ ADDIS EMMET, M.D.

MONENTE PHYSICA SOCIETATE,

S. P. D.

JOANNES EWART,  
BARNABAS GEOHEGAN,  
JACOBUS FORSTER.

QUUM Aula Physica nuper exstructa fuerit, et sociis recipiendis accommodata, aliquem qui dedicaret, optantibus et quærentibus, tu, vir ornatè, nobis facile occurristi. Munus benignus suscepisti, et splendide eo functus es. Orationem quam elegantissimam, copiosissimamque habuisti, tibi laudi, nobis semper honori, futuram, quam ut in lucem edas, modo tibi haud ingratum sit, ut aliis posthac, ut nobis antea,

tea, mirandi occasio detur, vehementer cupimus, et enixe oramus; confisi nos consilio gavifuros, te obsequio honorandum.

Hoc erga te, ob benignitatem insignem, observantiæ testimonium, gratiasque quam verissimas, accipias, diuque floreas patriæ scientiarumque decus, utque Physica Societas semper tui, si tu ejusdem memor perstes, et valeas.

EDINBURGI,

Quinto nonarum Decembris.

---

FORSAN haud alienum erit memorare,  
Beneficia accipi ALEXANDRO MONRO,  
M. D. Rei Anatomicæ Professore; ANDREA  
DUNCAN, M. D. Cambriæ Principis apud  
Scotos Medico; THOMA HAY, Regii Chirur-  
gorum Collegii Præfide; JOANNE EWART,  
THOMASKEETE, JOANNE BELL, et THOMA  
ADDIS EMMET, M. D. Societatis Physicæ  
Præfidibus Annuis; ANDREA FYFE, ejuf-  
dem Quæstore; atque CAROLO ELLIOT,  
Bibliopolâ Edinburgi.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.

---

# O R A T I O

H A B I T A C O R A M

S O C I E T A T E P H Y S I C A .

**B**EATUS! in æternum beatus fit dies  
hicce festus! In tabulis nostris semper  
cretâ notetur. Die enim hoc, ædes hæ, tum  
scientiæ, tum medicinæ, dicantur. Posthâc  
procul, O procul este profani! Nemo ne-  
fastus earum sancta violet. Neque Suspi-  
cio, aut oculos viridis Invidia, sicut rubigo  
pulcherrimæ spem segetis, eheu misere de-

B

vorans,

vorans, conamina et vota pia, vana atque irrita efficiant. Nec Discordia tetra, velut fulmen horrendum, quod turren altis facile scindit, sodalitiun nostrum exitiose convellat. Tibi, O Concordia! æque ac tibi, Æsculapi! nosmet hodie vovemus.

FAS fit mihi, Socii clarissimi! vobis gratulari propter fausta et felicia quæ nobis nunc in aspectum panduntur, et tantum non in manu sita sunt. Quoniam vero, velut hominibus summo monte despicientibus, ante oculos subjicitur non solum illa quam nuper lustrastis via, sed ea quoque quam nunc estis ingressuri; favete linguis, dum semitam utrinque patentem monstro.

VOBIS haud ignotum est, Sodalitium hocce ortum duxisse ex nexu felici inter Societates duas, simili famæ ardore accensas; quarum quævis per se satis esset spectata, cum propter suam vetustatem, tum  
prop-

propter fociorum nomina. Optime tamen sibi invicem prospicientes, in unum coiverunt. Sic ex conjunctione fluminum geminorum, amnis oritur magnus, qui pleno currit rivo, arva medica perpetuâ ubertate fœcundans.

CONJUNCTIS autem, omnia non votis cessere. Haud absimiles Scythis antiquis, domum in annum tantum occupâstis; et omnibus quæ sedem instabilem comitantur incommodis, perpetuo fuistis tentati. Hæc nonnulli ex dilectis fociis, in animo attenti volventes, ædes hæc condendi inceptum arduum aggressi sunt. Satis fuit illis compertum æraria nostra parum ad tale ausum valuisse. Conjicientes tamen ex subsidiis magnificis, quæ Societas Medica olim accepit, nulli dubitarunt, quin amici nostri nobis quoque subvenirent. Nec spes falsa. Munifici quidam opem contulere; quibus devincti sumus ultra facultatem compen-

B 2

fandi,

fandi, immo, fere ultra potestatem gratias exfolvendi. Beneficia parva verbis gratis aliquatenus redduntur: magna autem votis animi occultis, et silentio tantummodo retribuuntur.

SUBSIDIA tamen nondum adeo abundant, quin nonnulla subfit causa timoris. *Ædium* exstructio, supellex, aliaque hujusmodi, minis circiter \* ducentis constant; dum nummus in *ærario*, et amicorum auxilia, vix ad minas † sexaginta et septem redeunt. Ex his aliisque, qualia sint, olim accipiendis, videndum est ut aliquantulum bibliothecæ, singulis annis adjiciatur. Nam in societate, omnia quæcunque aggredimur complectente, libri probe selecti maxime sunt censendi. Cum in concionibus nostris de re aliquâ disceptemus, plerumque notiones crudas juvenum imperitorum

\* £. 600 Nummi Anglicani.

† Circiter £. 200 ejusdem.

rum effundimus : In bibliothecâ autem seponuntur bene cocti sermones senum doctorum, quorum sententiæ multos premuntur in annos ; quorum doctrinæ ordine simplici ornatae, velut aurum igne vexatum, flammâ puriores evadunt. Quicquid igitur eveniat, ne hoc societatis decus et columen ullo afficiatur incommodo, prospiciendum est.

IN his tamen rerum angustiis nil desperandum puto ; et longe a me absit, hoc die sacro, verbo mali ominis, animos dejicere vestros. Omnia de fortunâ nostrâ in spe optimâ duco. Scio enim vos valere, et confido societatis vestræ incolumitatem, vobis semper cordi futuram. Quamvis singuli affinitate diversâ obstricti, muneribus tamen propriis fungentes, eam promovere queatis.

SOCIOS ORDINARIOS primum appello.

B 3

Vobis

Vobis plurima debemus. Præsentēs conciones nostras efficitis et ornatis; vestraeque disceptationes nostram famam longe lateque diffuderunt. Abunde equidem subsidiorum ad aedes extruendas contulistis. Defectus vero in hoc vobis facilis foret condonatu: Propriis enim divitiis parum nitentes, omnia paternæ benevolentiae accepta referimus. VESTRUM vero est aliquatenus diversum. Societatem hancce in oculis omnium constituistis; eoque claritatis nunc evehitur, ut si non gloriâ crescat, contempta et vili aestimata in ruinam cito præceps eat. Hoc ne accidat, vestrum est videre.

NON mihi in animo est, qualia vobis debent esse studia, monstrare. Ecce \* Viri illustres! qui in his discendis multos consumpsere annos; quique singuli et palam et privatim hæc vos eruditissimi docuere. Quæ dicta volo, hæc sunt. Colloquia publica

\* Professores.

lica summis viribus sustinete: Ne crudas evomatis opiniones, theoriis falsis minimi fudoris exortas.—Sermonem Latinum, animo quam maxime attento, colite; linguam, quam Philosophi, Poetæ, Eruditi omnigeni semper dilexerunt: Et mehercule pudet me sæpe id opprobrii audivisse, quod tamen averti nequit; Gallos, nempe, Germanos, omnes denique gentes majori ejus studio quam nostrates ardere. Praecipue autem cavete, ne quenquam propter sententias, a vestris diversas, acerbi accipiatis. Medicina dubiis haud vacat. Condonate igitur infelici qui errat, adhuc nescius recti. Tempora vestra lauro cingere fas fit, dummodo laurus, sicut ramus \* Polydoro avulsus, sanguinem non manat. Nollem equidem ardorem illum compefcere, qui colloquium liberum perpetuo comitatur; qui haud abludit a motu, quem Angelus, in fontem Bethsaidam descendens,

I

B 4

con-

\* Virgil, Æneid. III.

concivit: Illi enim qui eo utuntur, melius vigent valentque.

PRIVATA dum peragitis, leges intemperate servate. Homo qui eas evertere studet, facer esto. Sampsonis forsan robore gaudens, simili caligine quoque laborat; atque ædis columnasprehendens, totam funditus dejiceret.

PRIMA autem fit cura, ne cujusvis fodalitii famam moleste feratis. Contendite pro gloriâ cum maxime colendis, ut Jacob olim pro beatitudine cum Dei ministro luctavit. Certate autem, (haud fecus ac duo consules Romæ), non qui plurimis *ornemini*, sed qui plurimos *mereatis* honores. Mehercule societates multæ, eadem molientes, neutiquam sibi invicem debent esse infensæ. Velut specula diverse collocata, lucem undique acceptam retribuunt; eoque splendorem mutuo adaugent. Earum

rum officia non tantum non repugnant, sed (si ex honoribus, quibus a nonnullis immerito dignatus sum, colligere liceat) facilia sunt peractu; et propriâ experienciâ compertum habeo, pensis apud unam absolutis, alterius mandata jucundiora reddi.

SOCII SENIORES maxime honorandi! Vos varia negotia procul a concionibus nostris amoverunt. Annis equidem impares, in studiaque dissimilia incumbentes, e vobis longe seponimur: Vestras autem sententias, uti majorum facinora narramus et miramur. Quamvis non consilio prudenti juvatis, nostra ne aspernemini. Angustiis enim in præsens urgemur, quas vestrum est depellere. Nolite autem credere nobis subsidia nunc *mendicari*. Nequaquam, mehercule! Arva eadem omnes colimus: Quisque suis fungimur officiis; propriaque singulos æque obstringunt.

**Vos** PROFESSORES eximii! e quorum fontibus, scientiam nostram, quicquid sit, haufimus; quorum patrocinium honori ducimus; hanc, omnesque similes societates in tutelam recipite: Eas ducite inter præfidia hujus Academiæ, cujus commodi nunquam immemores estis. En Seminaria, ubi ingenium philosophicum optime effingi queat! Quoniam, viri illustrissimi, vestræ doctrinæ longe sunt a priorum teoriis diversæ; theorias, quas merito obruistis; vobismet conscii estis, quantum ingenium liberum, animadversio æqua, communitas idearum, omnia denique in hac Societate invenienda, ad scientiam contulerint. His enim modis, ni fallor, illas efformastis doctrinas, quæ per totum clarescunt orbem; quæque nomina nunquam moritura illustrant. Nostra igitur ne despiciatis conamina. Velut juvenis Æneæ focius, patrum medicorum vestigia premimus, quamvis haud passibus æquis. Vestra quidem fastigia

fastigia vix assequi speramus: Ambitione tamen pravâ procul relegatâ, scientiam et mentes nostras ad vestra exemplaria effingere semper ante oculos habemus. Si vero duces adeo venerandos nonnunquam modeste deseramus; si, juvenili ardore impulsî, novas tentemus vias; illa, quam ipsi olim petistis, nobis nunc detur venia: Vosmet enim omnes non eadem sentitis: Et, si opiniones cujusque colligentes, atque diligenter revolventes, paulum ab iis diversi abeamus, non est cur improbetis; nec veritatis amorem, qui investigationem suavit, audaciæ infimuletis.

IN hujusmodi institutionibus experti discimus quod cito in usum depromamus; sententias nostras semper jactatas, nonnunquam impugnatas, et haud raro subversas audire: Ita adolescens, cujus ingenium et mores civibus mox salutis et decori futura, in hunc adscriptus numerum, doctrinas

trinas et opiniones, quas antea religiose coluit, jam investigat; propriis nunc nititur viribus; et cuicumque parti semet adjungere dignatur, auxilio nobilitata evadit.

CONSTAT igitur, seu præsentia tui mini, necessitatibus subvenitis, sive patrocinio ornatis, omnes debita tantum tribuentes, hunc ordinem adjuturos esse: Cumque hos coram aspiciam, cœtum illustrissimum, spectatissimum, faustissimum, omnium vero, quos compellare mihi honor unquam concessus fuit, maxime colendum, non possum quin optime sperem: Huc enim hodie venitis, nobis omnia bona precantes; oro igitur ne preces tam fecundas, extra hæc ædes ventis ludibria detis.

NUNC autem, Socii dilectissimi! inter omnium plausus et laudes, mea exaudiantur  
tur

tur vota. Quanquam aliis societatibus beneficiis maximis devinctus, nequeo optare vos supra totum nemus eminere; cæteramque sylvam, vestrâ mole oppressam, languescere; hoc saltem voveam: Sicut arbos illa notata, de quâ Mandane somniavit, (cum Dii Cyri ortum prænunciaverint) ramos circum circa diffundatis: Gentes remotæ vestris lætentur umbris: Socii diligentur: Societas ipsa colatur, ubicunque medicina floreat, vel æstimetur philosophia.

ANTEQUAM finem impono, liceat mihi paucis obiter attingere hominem, parum equidem notatu dignum, sed cujus animus, forsan intempestive gratus, illum impulit, qui se, nunc temporis, vobis devinctissimum agnoscat, propter Honorem Summum ad quem eum evexistis: Honorem, quem meruisse vix mihi conscius sum, nisi qui merear conando. Ingenium  
ejus

ejus, quem elegistis, verbis attenuare, quid hoc, nisi judicia vestra vili pendere? laudes vero ejus vanâ jaçtantiâ celebrare, longe turpius atque indignius foret: Qualis igitur qualis sit, silentio prætereundum; quantum vero vobis debeat, gratus semper prædicabit.

ans  
119